

Cum ergo audisset Jesus quia audierunt Pharisaei,² etc.

Utique Dominus si sciret Pharisaeos ita de se cognovisse, quod plures discipulos faceret, et quod plures discipulos baptizaret, ut hoc eis ad salutem pertineret sequendo eum ut et ipsi essent discipuli, et ipsi vellent ab eo baptizari magis, non relinqueret Iudaeam terram, sed propter illos maneret ibi. Quia vero cognovit eorum scientiam, simul cognovit et invidentiam, quia non hoc propterea didicerant, ut sequerentur:

abiit inde. Poterat quidem ille et praesens ab his non teneri, si nollet;

sed quia in omni re quam gessit ut homo hominibus in se credituris praebebat exemplum, quia unusquisque servus Dei non peccat si secesserit in alium locum, videns furorem fortem persequentium se, aut quaeri in malum animam suam; videretur autem ibi servus Dei peccare si faceret, nisi in faciendo Dominus praecessisset: fecit hoc ille Magister bonus, ut doceret, non quod timeret.

Fortassis etiam hoc moveat, cur dictum sit: *Baptizabat Jesus plures quam Joannes,*³ et posteaquam dictum est *baptizabat*, subjectum est, *quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus.*⁴ Quid ergo? Falsum dictum erat, et correctum est?

an utrumque verum? quia Jesus et baptizabat, et non baptizabat. Baptizabat enim, quia ipse mundabat; non baptizabat, quia non ipse tingebat. Praebebant discipuli ministerium corporis, praebebat ille adiutorium maiestatis. Quando enim cessaret a baptizando, qui non cessat a mundando? de quo dictum est ab eodem Joanne, per Joannis Baptistae personam dicentis: *Hic est qui baptizat* (Joan. I). Ergo Jesus adhuc baptizat. Et quousque baptizandi sunt, qui baptizandi sunt, Jesus baptizat. Securus homo accedat ad inferiorem ministrum,

Gesù venne a sapere che i farisei avevano sentito, ecc.

Di certo il Signore, se avesse saputo che i Farisei erano venuti a sapere di lui che faceva molti discepoli e battezzava molti discepoli, affinché ciò li riguardasse per la salvezza seguendolo, e anch'essi fossero discepoli, e soprattutto essi volessero essere battezzati da lui, non avrebbe lasciato la terra di Giudea, ma vi sarebbe rimasto per loro. Ma siccome conobbe i loro intendimenti, e insieme conobbe l'invidia, in quanto non avevano appreso ciò per seguirlo:

se ne andò di là. Avrebbe potuto certamente, seppur presente, non essere preso da quelli, se non lo avesse voluto;

ma, siccome in ogni cosa che faceva da uomo, offriva un esempio agli uomini che avrebbero creduto in lui - dato che un servo di Dio non pecca se si rifugia in altro luogo vedendo l'intenso furore dei suoi persecutori o che la sua vita è messa in pericolo, ma in ciò il servo di Dio sarebbe parso peccare se l'avesse fatto, a meno che il Signore non l'avesse preceduto nel farlo – il Maestro buono lo fece, per insegnare, non perché temesse.

Può fors'anche inquietarci che si dica: *Gesù battezzava più di Giovanni*, e, dopo che è stato detto *battezzava*, è stato aggiunto: *sebbene Gesù non battezzasse, ma i suoi discepoli*. Che significa? Era stato detto il falso, e viene corretto?

o sono vere ambedue le cose? perché Gesù battezzava, e non battezzava. Battezzava, infatti, perché lui stesso mondava; non battezzava, perché non era lui a immergere. I discepoli offrivano il ministero del corpo, egli offriva l'aiuto della maestà. Quando infatti avrebbe smesso di battezzare, lui che non smette di mondare? lui del quale è detto dal medesimo Giovanni, per bocca di Giovanni Battista che dice: *È lui che battezza* (Gv 1, 33). È Gesù, dunque, che tuttora battezza. E finché ci sono battezzandi, quelli che saranno battezzati li battezza Gesù. Si accosti sicuro l'uomo al ministro

TRACTATUS XV

Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem (Io 4, 1-42).

Iam incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigatur Iesus, non enim frustra fatigatur virtus Dei. Invenimus fortem Iesum, et invenimus infirmum Iesum. Fortitudo Christi te creavit, infirmitas Christi te recreavit. Condidit nos fortitudine sua, quaesivit nos infirmitate sua.

1. Non rude est auribus Caritas vestrae, evangelistam Ioannem velut aquilam volare altius, caliginemque terrae transcendere, et lucem veritatis firmioribus oculis intueri. Multa enim iam ex Evangelio eius per ministerium nostrum Domino adjuvante tractata sunt: ex ordine autem sequitur haec lectio, quae hodie recitata est. Ea quae dicturus sum Domino donante multi sic audituri estis, ut magis recognoscatis quam discatis. Non ideo tamen pigra debet esse intentio, quia non est cognitio, sed recognitio. Hoc lectum est, et hanc lectionem tractandam gestamus in manibus, quod Dominus Iesus ad puteum Iacob loquebatur cum Samaritana muliere. Dicta enim ibi sunt magna mysteria, et magnarum similitudines rerum; pascentes animam esurientem, reficientes languentem.

2. Dominus enim haec

cum audisset, cognovisse Pharisaeos quod plures discipulos faceret quam Ioannes, et plures baptizaret (quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius), reliquit Iudaeam terram, et abiit iterum in Galilaeam.

Hinc diutius disputandum non est, ne immorantes in manifestis, angustias temporis patiamur ad obscura scrutanda et aperienda.

Utique Dominus si sciret Pharisaeos ita de se cognovisse, quod plures discipulos faceret, et quod plures baptizaret, ut hoc eis ad salutem valeret sequendi eum, ut et ipsi essent discipuli, et ipsi vellent ab eo baptizari; magis non relinqueret Iudaeam terram, sed propter illos maneret ibi: quia vero cognovit eorum scientiam, simul cognovit et invidentiam, quia non hoc propterea didicerunt ut sequerentur,

sed ut sequerentur;

abiit inde. Poterat quidem ille et praesens ab his non teneri, si nollet;

non occidi, si nollet; quia potuit et non nasci, si nollet:

sed quia in omni re quam gessit ut homo, hominibus in se credituris praebebat exemplum (quia unusquisque servus Dei non peccat, si secesserit in alium locum, videns furorem forte persequentium se, aut quaerentium in malum animam suam; videretur autem sibi servus Dei peccare si faceret, nisi in faciendo Dominus praecessisset), fecit hoc ille magister bonus ut doceret, non quod timeret.

Iesus adhuc baptizat.

3. Fortassis etiam hoc moveat, cur dictum sit: *Baptizabat Iesus plures quam Ioannes;* et posteaquam dictum est: *Baptizabat*, subiectum est: *Quamquam Iesus non baptizabat, sed discipuli eius.* Quid ergo? falsum dictum erat, et correctum est, cum additum est: *Quamquam Iesus non baptizabat, sed discipuli eius?*

An utrumque verum est, quia et Iesus baptizabat, et non baptizabat? Baptizabat enim, quia ipse mundabat; non baptizabat, quia non ipse tingebat. Praebebant discipuli ministerium corporis, praebebat ille adiutorium maiestatis. Quando enim cessaret a baptizando, quamdiu non cessat a mundando? De quo dictum est ab eodem Joanne, per Joannis Baptistae personam dicentis: *Hic est qui baptizat*. Ergo Iesus adhuc baptizat; et quo usque baptizandi sumus, Iesus baptizat. Securus homo accedat ad inferiorem ministrum; habet enim superiorem

¹ Cercando i testimoni delle varianti delle citazioni scritturistiche presenti nel testo, mi sono accorto che quelle della prima parte di questo capitolo erano costantemente segnalate da Sabatier come testimoniate in una sola opera di Agostino: “De diversis quaestionibus octoginta tribus / Ottantatre questioni diverse”. Il fatto non poteva essere casuale. In effetti la prima parte di questo capitolo di Beda dipende, come il resto dell’opera, da Agostino, ma non dal commento al Vangelo di Giovanni bensì dalla questione 64 dell’opera appena citata. Ho poi anche trovato un altro breve passo tratto dalla Quaestio 62. Ho deciso di mantenere comunque l’accostamento al tractatus 14 di Agostino, che viene utilizzato da Beda per quelle parti che non commentano l’episodio della Samaritana. Ho però segnalato l’inizio e la fine del lungo passo preso dalle Quaestiones. In coda al capitolo ho poi affiancato il testo di Beda alle Quaestiones 62 e 64.

² Gv 4, 1 Vulg.: “Ut ergo cognovit Jesus quia audierunt Pharisaei”; Sabatier in nota: “Cantabrig. *Cum ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisaei* [...] August. ep. 265. to. 3. col. 897. c. *Ut ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisaei*”.

³ Gv 4, 1 Vulg.: “quod Jesus plures discipulos facit, et baptizat, quam Johannes”; Sabatier in nota: “S. Gat. *quod Jesus plures discipulos faceret, & baptizabat, quam Johannes. Corb & magis baptizabat quam Johannes*”. In italiano viene adeguato il tempo.

⁴ Gv 4, 2. NCEI: “sebbene non fosse Gesù in persona a battezzare”, togliendo almeno in parte i motivi del commento; peranto in italiano adottato una traduzione più letterale.

habet etenim superiorem magistrum.
Sed forte dicat aliquis: Baptizat Christus quidem in spiritu, non in corpore. Quasi vero alterius dono quam illius quisquam etiam sacramento corporalis et visibilis baptismatis imbuatur. Vis nosse quia ipse baptizat non solum spiritu, sed etiam aqua? Audi Apostolum: *Sicut Christus, inquit, dilexit Ecclesiam suam, et seipsum tradidit pro ea, mundans eam lavacro aquae in verbo, ut exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, aut aliquid ejusmodi. Mundans eam, unde? lavacro aquae in verbo (Ephes. V).*⁵

Tolle aquam, non est baptisma. Tolle verbum, non est baptisma.

⁷Quaeri enim solet si in hoc baptismo discipulorum Christi Spiritus sanctus daretur, propter verba quae in sequenti hujus evangelii loco leguntur, ubi dicitur: *Spiritus sanctus nondum fuerat datus, quia Jesus non fuerat glorificatus (Joan. VII).*⁸ Profecto dabatur Spiritus sanctus in hoc discipulorum Christi baptismo, licet non ea manifestatione, qua post ascensionem Christi decima die in igneis linguis datus est. Nam quod quaedam latenter, quaedam vero per visibilem creaturam visibiliter Deus operatur, pertinet ad gubernationem prudentiae, qua omnes divinae actiones, locorum, temporumque ordinis distinctione pulcherrima aguntur. Quomodo autem ipse Dominus secum habebat utique Spiritum sanctum in ipso homine quem gerebat, quando ut baptizaretur venit ad Joannem, et tamen posteaquam baptizatus est, descendere in eum columbae specie Spiritus sanctus visus est, sic intelligendum est, ante manifestum est visibilem adventum Spiritus sancti quoscunque sanctos eum latenter habere potuisse. Ita sane hoc dicimus, ut intelligamus etiam per ipsam visibilem demonstrationem Spiritus sancti (qui adventus ejus dicitur) ineffabili vel etiam incogitabili modo largius in hominum corda plenitudinem ejus infusam.

Sequitur:

*Reliquit Judaeam, et abiit iterum in Galilaeam*⁹.
Quid est, *reliquit Judaeam*, nisi, reliquit infidelitate illorum qui eum recipere noluerunt, et lapidem quem aedificare debuerant reprobaverunt? *et abiit* per apostolos *in Galilaeam*, id est, in volubilitatem hujus mundi, praecipiens apostolis: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti (Matth. XXVIII)*. Oportebat enim eum transire per Samariam.¹⁰
In lectione vero Evangelii, infirmitatem humani generis suscepisse Dominum Jesum Christum, plenissime nobis sanctus evangelista monstravit. Siquidem cum dixisset

venisse Dominum in civitatem Samariae, que dicitur Sichar, juxta praedium quod dedit Jacob filio suo Joseph, in quo praedio erat fons Jacob,¹¹

addidit:

Jesus, inquit, fatigatus ex itinere, sedebat sic supra puteum,¹²
Quod praedium sanctus Jacob Joseph filio suo dereliquerat, quod non tam Joseph quam Christo arbitror derelictum, cujus figuram sanctus Joseph patriarcha portabat, quem vere sol adorat, et luna, omnes stellae, benedicunt.
Ad hoc praedium ideo venit Dominus, ut Samaritani, qui haereditatem sibi patriarchae

inferiore, ha infatti un maestro superiore.⁶
Ma forse qualcuno potrebbe dire: Cristo battezza sì nello spirito, non nel corpo. Invero come se qualcuno potesse essere impregnato del sacramento del battesimo corporale e visibile per dono di un altro che non sia Lui. Vuoi sapere perché lui battezza non solo con lo spirito, ma anche con l'acqua? Ascolta l'Apostolo: *come Cristo, dice, ha amato la [sua] Chiesa e ha dato se stesso per lei, [...] purificandola con il lavacro dell'acqua mediante la parola, e per presentare a se stesso la Chiesa tutta gloriosa, senza macchia né ruga o alcunché di simile (Ef 5, 25-27)*. Purificandola in che modo? con il lavacro dell'acqua mediante la parola.

Togli l'acqua, non c'è battesimo; togli la parola, non c'è battesimo.

Si è soliti chiedersi se in questo battesimo dei discepoli di Cristo fosse dato lo Spirito santo, a causa delle parole che si leggono in un passo successivo di questo vangelo, dove si dice: *non vi era ancora lo Spirito [santo], perché Gesù non era ancora stato glorificato (Gv 7, 39)*. Di certo era dato lo Spirito santo in questo battesimo dei discepoli di Cristo, sia pure non con quella manifestazione con la quale fu dato in lingue di fuoco nel decimo giorno dopo l'ascensione di Cristo. Infatti, che Dio operi alcune cose nascostamente, altre visibilmente per mezzo di una creatura visibile, appartiene al governo della prudenza, mediante il quale tutte le azioni divine si compiono con la più bella scelta della sequenza di luoghi e di tempi. Ma come lo stesso Signore aveva certo con sé lo Spirito santo nello stesso uomo che portava su di sé quando venne da Giovanni per essere battezzato, e tuttavia dopo che fu battezzato fu visto discendere su di lui lo Spirito santo in aspetto di colomba, così va inteso che, prima che fosse manifestato l'avvento visibile dello Spirito santo, qualunque santo lo poteva avere in modo non palese. Pertanto giustamente diciamo ciò, affinché capiamo che anche attraverso la stessa manifestazione visibile dello Spirito Santo (che è detta sua venuta) la sua pienezza è riversata più largamente nei cuori degli uomini in modo indescrivibile o addirittura inconcepibile.

Segue:

Lasciò [...] la Giudea e si diresse di nuovo verso la Galilea.
Cosa significa, *lasciò la Giudea*, se non, lasciò per l'infedeltà di quelli che non lo vollero accogliere, e che scartarono la pietra con cui avrebbero dovuto costruire? *e si diresse* per mezzo degli apostoli *verso la Galilea*, cioè verso la volubilità di questo mondo, ordinando agli apostoli: *Andate [...] e fate discepoli tutti i popoli, battezzandoli nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo (Mt 28, 19)*.
Doveva perciò attraversare la Samaria.
Invero nella lettura del Vangelo, il santo evangelista ci ha mostrato appieno che il Signore Gesù Cristo assunse la fragilità del genere umano. Dal momento che, dopo aver detto che
[il Signore] giunse così a una città della Samaria chiamata Sicar, vicina al terreno che Giacobbe aveva dato a Giuseppe suo figlio: in questo campo c'era un pozzo di Giacobbe,
aggiunse:

Gesù, dice, affaticato per il viaggio, sedeva presso il pozzo.
Questo campo il santo Giacobbe lo lasciò a suo figlio Giuseppe, ma ritengo che lo abbia lasciato non tanto a Giuseppe quanto a Cristo, di cui il santo patriarcha Giuseppe proponeva l'immagine, e che il sole adora nella verità, e la luna, e tutte le stelle, benedicono. Dunque il Signore giunge a questo campo, così che i Samaritani – che

magistrum.
4. Sed forte ait aliquis: Baptizat quidem Christus in spiritu, non in corpore. Quasi vero alterius dono quam illius, quisquam etiam sacramento corporalis et visibilis Baptismatis imbuatur. Vis nosse quia ipse baptizat, non solum spiritu, sed etiam aqua? Audi Apostolum: *Sicut Christus, inquit, dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, mundans eam lavacro aquae in verbo, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Mundans eam. Unde? Lavacro aquae in verbo.*

Quid est baptismus Christi? Lavacrum aquae in verbo.

Tolle aquam, non est baptismus: tolle verbum, non est baptismus.

5. Iam ergo his praeiactis, per quae venit ad colloquutionem cum illa muliere, videamus quae restant plena mysteriis, et gravida sacramentis.
Oportebat autem, inquit, eum transire per Samariam.

Venit ergo in civitatem Samariae quae dicitur Sichar, iuxta praedium quod dedit Iacob filio suo Ioseph. Erat autem ibi fons Iacob.

Puteus erat: sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus: Ubi enim aqua de terra manat, et usui praebet haurientibus, fons dicitur: sed si in promptu et superficie sit, fons tantum dicitur; si autem in alto et profundo sit, ita puteus vocatur, ut fontis nomen non amittat.

6. *Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem.*
Hora erat quasi sexta. Iam incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigatur Iesus; non enim frustra fatigatur Virtus Dei; non enim frustra fatigatur, per quem fatigati recreantur; non enim frustra fatigatur, quo deserente fatigamur, quo praesente firmamur.

⁵ Ef 5, 25-27 Vulg.: "sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam. aut rugam, aut aliquid huiusmodi."; VL: "...mundans lavacro aquae in verbo, ...". La traduzione italiana viene adeguata al testo latino. Il riferimento della citazione viene anticipato al termine dei versetti.

⁶ Ho optato per la traduzione più letterale. Ma vorrei suggerire due possibili interpretazioni. Una "geografica": inferiore, cioè che sta in basso, sulla terra / superiore, che sta in alto, nei cieli. L'altra "morale", prendendo come assoluti i due comparativi: inferiore, cioè per quanto mal in arnese, spregevole / superiore, cioè il più elevato, quello di più alto grado.

⁷ Inizia il passo ripreso dalla Quaestio 62. Per la corrispondenza testuale si veda al termine di capitolo.

⁸ Gv 7, 39 Vulg.: "nondum enim erat Spiritus datus, ..."; Sabatier in nota: "Cantabrig. ... *nondum enim erat Spiritus sanctus in eos*,".

⁹ Gv 4, 3. Agostino cita questo medesimo versetto in questo stesso tractatus 15, poco sopra, all'inizio del §2, evidenziato pari colore.

¹⁰ È citazione letterale di Gv 4, 4; pertanto in italiano viene evidenziata col corsivo.

¹¹ Pure questa è, di fatto, citazione letterale di Gv 4, 5-6 Vulg.: "Venit ergo in civitatem Samariae, quae dicitur Sichar, iuxta praedium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob."; pertanto in italiano viene evidenziata col corsivo, adeguando il testo alle piccole varianti.

¹² Gv 4, 6 Vulg.: "Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem."; Sabatier in nota: "Ms. Corb. [...], *sedebat super puteum* [...] Ambrosius l. de Isa. c. 4. col. 364. f. [...] *sedebat sic super puteum*.".

Israel vindicare cupiebant, agnoscerent possessorem suum, et converterentur ad Christum, quia legitimus patriarchae haeres sit factus. Dicit enim evangelista: *Jesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteum.*

¹³Evangelica Sacramenta in Domini nostri Jesu Christi dictis factisque signata, non hominibus patent, et ea nonnulli minus diligenter minusque sobrie interpretando, asserunt plerumque pro salute perniciem, et pro cognitione veritatis errorem. Hincque illud est sacramentum, quod scriptum est, *Dominum hora diei sexta venisse ad puteum Jacob, fessumque ab itinere resedissee, a muliere Samaritana potum petisse, et caetera quae in eodem loco scripta discutienda et pertractanda dicuntur.* De qua re id primum tenendum, quod in omnibus Scripturis summa vigilantia custodire oportet, ut secundum fidem sit sacramenti divini expositio.

*Hora igitur diei sexta venit ad puteum Dominus noster*¹⁴. Video in puteo tenebrosam profunditatem, admoneor ergo intelligere mundi hujus infimas partes (*Ephes. IV*), id est, terrenas, quo venit Jesus hora sexta, id est, sexta aetate generis humani, tanquam in senectute veteris hominis, quo jubemur exui ut induamur novo, qui secundum Deum creatus est. Nam sexta aetas senectus est, quia prima infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta juvenus, quinta gravitas. Veteris itaque hominis vita, quae secundum carnem temporali conditione peragitur, sexta aetate, id est, senectute, concluditur, quia in senectute (ut dixi) humani generis, Dominus noster Creator nobis et Reparator advenit, ut moriente, scilicet, vetere homine,

desideravano rivendicare per sé l’eredità del patriarca Israele – conoscessero il suo possessore, e si convertissero a Cristo, perché è stato fatto legittimo erede del patriarca. Dice infatti l’evangelista: *Gesù dunque, affaticato per il viaggio, sedeva presso il pozzo.*

I Misteri evangelici, segnati nei detti e nei fatti di nostro Signore Gesù Cristo, non si palesano agli uomini, ed alcuni, interpretandoli con minor diligenza e minor sobrietà, arrecano per lo più il pericolo invece della salvezza, e l’errore invece della conoscenza della verità. Per cui c’è questo mistero che è scritto: che il Signore venne alla sesta ora del giorno al pozzo di Giacobbe, e che vi sedette spossato dal viaggio, e che chiese da bere alla donna Samaritana - e tutte le altre cose scritte in questo passo sono dette per essere discusse ed esaminate a fondo. In proposito bisogna anzitutto badare (e ciò è opportuno preservare con la massima attenzione per tutte le Scritture) che la spiegazione del mistero divino sia secondo la fede.

Dunque alla sesta ora del giorno nostro Signore venne al pozzo. Vedo nel pozzo una tenebrosa profondità, sono esortato pertanto a intendere le parti infime di questo mondo (cfr Ef 4, 10), cioè le terrene, in cui Gesù venne all’ora sesta, cioè nella sesta età del genere umano, così come nell’anzianità dell’uomo vecchio, dal quale ci è ordinato di spogliarci per essere rivestiti del nuovo, che è creato secondo Dio. Infatti la sesta età è la vecchiaia, perché prima l’infanzia, seconda la puerizia, terza l’adolescenza, quarta la gioventù, quinta la maturità. Pertanto la vita dell’uomo vecchio, che trascorre nella condizione temporale secondo la carne, viene conclusa dalla sesta età, cioè dalla vecchiaia, perché nella vecchiaia (come dissi) del genere umano il Signore nostro Creatore venne a noi anche come Redentore, perché - morendo, evidentemente, l’uomo

Fatigatur tamen Iesus; et fatigatur ab itinere, et sedet, et iuxta puteum sedet, et hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt aliquid, indicare volunt aliquid; intentos nos faciunt, ut pulsemus hortantur. Ipse ergo aperiat et nobis et vobis, qui dignatus est ita hortari ut diceret: *Pulsate, et aperietur vobis.* Tibi *fatigatus* est ab itinere Iesus. Invenimus fortem Iesum, et invenimus infirmum Iesum; fortem et infirmum Iesum: fortem, quia *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum.* Vis videre quam iste Filius Dei fortis sit? *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil;* et sine labore facta sunt. Quid ergo illo fortius, per quem sine labore facta sunt omnia? Infirmum vis nosse? *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Fortitudo Christi te creavit, infirmitas Christi te recreavit. Fortitudo Christi fecit ut quod non erat esset: infirmitas Christi fecit ut quod erat non periret. Condidit nos fortitudine sua, quaesivit nos infirmitate sua.

Iter ipsius est caro pro nobis adsumpta.

7. Nutrit ergo ipse infirmus infirmos, tamquam gallina pullos suos; huic enim se similem fecit: *Quoties volui, inquit ad Ierusalem, congregare filios tuos sub alas, tamquam gallina pullos suos, et noluisti?* Videtis autem, fratres, quemadmodum gallina infirmetur cum pullis suis. Nulla alia avis quod sit mater agnoscitur. Videmus nidificare passeret quoslibet ante oculos nostros; hirundines, ciconias, columbas quotidie videmus nidificare; quos nisi quando in nidis videmus, parentes esse non agnoscimus. Gallina vero sic infirmatur in pullis suis, ut etiamsi ipsi pulli non sequantur, filios non videas, matrem tamen agnoscas. Ita fit alis demissis, plumis hispida, voce rauca, omnibus membris demissa et abiecta, ut quemadmodum dixi, etiamsi filios non videas, matrem tamen intellegas. Sic ergo infirmus Iesus, *fatigatus* ab itinere. Iter ipsius est caro pro nobis assumpta. Quomodo enim iter habet qui ubique est, qui nusquam deest? Quo it, aut unde it, nisi quia non ad nos veniret, nisi formam visibilis carnis assumeret? Quia ergo venire ad nos eo modo dignatus est, ut in forma servi assumpta carne appareret, ipsa carnis assumptio est iter ipsius. Ideo *fatigatus ab itinere* quid est aliud, quam *fatigatus* in Carne? Infirmus in carne Iesus: sed noli tu infirmari; in illius infirmitate tu fortis esto, quia *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.*

Illius infirmitas nostra est fortitudo.

8. Sub hac rerum imagine Adam qui erat forma futuri, praebuit nobis magnum indicium sacramenti; imo Deus in illo praebuit. Nam et dormiens meruit accipere uxorem, et de costa eius facta est ei uxor: quoniam de Christo in cruce dormiente futura erat Ecclesia de latere eius, de latere scilicet dormientis; quia et de latere in cruce pendentis lancea percusso sacramenta Ecclesiae profluxerunt. Sed quare hoc dicere volui, fratres? Quia infirmitas Christi nos facit fortes. Magna ibi imago praecessit. Potuit Deus carnem detrahare homini unde faceret feminam, et magis videtur quasi congruere potuisse. Fiebat enim sexus infirmior, et magis de carne infirmitas fieri debuit quam de osse: ossa enim in carne firmiora sunt. Non detraxit carnem unde faceret mulierem; sed detraxit os, et detracto osse formata est mulier, et in locum ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse os reddere, poterat ad faciendam mulierem non costam, sed carnem detrahare. Quid igitur significavit? Facta est mulier in costa tamquam fortis: factus est Adam in carne tamquam infirmus. Christus est et Ecclesia, illius infirmitas nostra est fortitudo.

9. Quare ergo hora sexta? Quia aetate saeculi sexta. Computa in Evangelio tamquam unam horam, unam aetatem ab Adam usque ad Noe; secundam a Noe usque ad Abraham; tertiam ab Abraham usque ad David; quartam a David usque ad transmigrationem Babyloniae; quintam a transmigratione Babyloniae usque ad baptismum Ioannis: inde sexta agitur. Quid miraris? *Venit Iesus, et humiliando se venit ad puteum.* *Fatigatus venit, quia infirmam carnem portavit.* Hora sexta, quia aetate saeculi sexta. Ad puteum, quia ad profunditatem huius habitationis nostrae. Unde

¹³ Inizia il passo ripreso dalla Quaestio 64. Per la corrispondenza testuale si veda al termine dl capitolo.

¹⁴ Cfr Gv 4, 7.

novum in se constitueret, quem exutum luto terreno, in coelestia regna transferret. Ergo nunc puteus, ut dictum est, mundi hujus terrenum laborem et errorem tenebrosa profunditate significat. Dictum est ab Apostolo:

Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior autem renovatur de die in diem (II Cor. IV)¹⁵. Rectissime omnino, quoniam omnia visibilia ad exteriorem hominem pertinent, quibus Christiana disciplina renuntiat, hora sexta venit Dominus, id est, medio die, unde jam incipit sol iste visibilis declinare in occasum, quoniam et nobis vocatis a Christo ad invisibilem amorem, homo interior recreatus ad interiorem lucem, quae nunquam occidit, revertitur, secundum apostolicam disciplinam non quaerens quae videntur, sed quae non videntur.

Quae enim videntur temporalia sunt; quae autem non videntur aeterna sunt (II Cor. IV)¹⁶. Quod autem fatigatus venit ad puteum, infirmitatem carnis significat; quod dedit humilitatem, quia et imbecillitatem carnis pro nobis suscepit, et homo hominibus tam humiliter apparere dignatus est.¹⁷ De hac infirmitate carnis propheta dicit: Homo in plaga positus, et sciens ferre imbecillitatem (Isai. LIII)¹⁸. De humilitate vero loquitur Apostolus, dicens: Humiliavit se, factus subditus usque ad mortem (Philip. II)¹⁹. Quanquam illud quod sedit, quoniam solent sedere doctores, possit alio intellectu non humilitatis modestiam, sed magistri demonstrare personam.²⁰

Sed quaeri potest quare a muliere Samaritana, quae implenda gratiae venerat, bibere postulaverit, cum ipse postea spiritualis fontis affluentiam se petentibus dare posse praedicaverit? Sed scilicet sciebat Deus mulieris illius fidem, quae quoniam Samaritana erat, solet Samaritanae idololatriae imaginem sustinere.

Ipsi enim separati a populo Iudaeorum, simulacris mutorum animalium, id est, vaccis aureis animarum suarum decus addixerant.

Venerat autem Jesus Dominus noster, ut gentium multitudinem, quae simulacris servierat, ad unitatem fidei Christianae et incorruptae religionis adduceret. Non enim est, inquit, sanis opus medicus, sed male habentibus (Matth. IX)²¹. Ergo eorum fidem sedit, pro quibus sanguinem fudit.

Dixit ergo ad eam Jesus: Mulier, da mihi bibere.²²

Et ut noverat quae sitiebat Dominus noster, post paululum veniebant discipuli ejus, qui perrexerant in civitatem ut cibos emerent;²³ qui dicunt ei:

Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego habeo escam manducare quam vos nescitis. Dicunt discipuli ejus ad alterutrum: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Jesus: Cibus meus est ut faciam voluntatem ejus qui me misit, ut perficiam opus ejus.²⁴ Nunquid hic intelligitur aliud voluntas Patris qui eum misit, et opus ejus quod perficere velle respondit, nisi ut nos ad fidem suam a pernicioso mundi errore converteret? Qualis est ergo cibus ejus, talis et potus, quia propter hoc in illa muliere sitiebat, ut faceret in ea voluntatem Patris et perficeret opus ejus. Sed carnaliter intelligens respondit

Tu cum sis Iudaeus, quomodo a me bibere poscis, cum sim mulier Samaritana?

vecchio – lo costituì in se stesso nuovo e trasferì nei regni celesti colui che era uscito dal fango terreno. Dunque ora il pozzo, come si è detto, con la profonda tenebrosità significa la fatica e l'errore di questo mondo terreno. È detto dall'Apostolo: *se anche il nostro uomo esteriore si va disfacendo, quello interiore invece si rinnova di giorno in giorno (2Cor 4, 16)*. Giustissimo, senza dubbio, poiché all'uomo esteriore pertengono tutte le cose visibili - cui la disciplina Cristiana rinuncia – il Signore viene all'ora sesta, cioè a mezzogiorno, quando già questo sole visibile comincia a declinare verso il tramonto, poiché anche in noi, chiamati da Cristo all'amore delle realtà invisibili, l'uomo interiore, ricreato, ritorna alla luce interiore che non tramonta mai, cercando, secondo l'insegnamento apostolico, non ciò che si vede, ma ciò che non si vede. *Perché le cose visibili sono di un momento, quelle invisibili invece sono eterne (2Cor 4, 18)*. Che dunque sia venuto affaticato al pozzo significa la fragilità della carne; [significa] che offrì l'umiltà, perché per noi assunse anche la fiacchezza della carne, e si è degnato apparire uomo fra gli uomini. Di questa debolezza della carne il profeta dice: *uomo colpito da una piaga e che sa sopportare la debolezza (Is 53, 3)*. Dell'umiltà invero parla l'Apostolo, quando dice: *umiliò se stesso, fattosi suddito fino alla morte (Fil 2, 8)*. Benché il fatto che sieda, dato che i dottori sogliono sedere, possa, con altro modo di intendere, mostrare non la modestia dell'umiltà, ma la condizione di maestro. Ci si può chiedere perché abbia domandato da bere alla donna Samaritana, che era venuta per essere riempita di grazia, dato che poi egli stesso affermò di poter dare l'abbondanza della fonte spirituale a chi gliela chiedeva? Ma senza dubbio Dio conosceva la fede di quella donna che, essendo Samaritana, è solita sostenere l'immagine dell'idolatria di Samaria. Essi infatti, separati dal popolo dei Giudei, avevano ceduto il decoro delle loro anime a simulacri di animali muti, cioè a vacche d'oro. Ma era venuto Gesù, nostro Signore, per condurre la moltitudine delle genti, che era asservita a simulacri, all'unità della fede cristiana e della religione incorrotta. *Non sono, dice, i sani che hanno bisogno del medico, ma i malati (Mt 9, 12)*. Dunque ha sete della fede di coloro, per i quali ha effuso il sangue.

Le disse dunque Gesù: «Donna, dammi da bere».

E affinché sapesse di che aveva sete nostro Signore, dopo un pochino vennero i suoi discepoli, [che] si erano diretti in città a fare provvista di cibi; e gli dicono:

«Rabbi, mangia». Ma egli rispose loro: «Io ho da mangiare un cibo che voi non conoscete». E i discepoli si domandavano l'un l'altro: «Qualcuno gli ha forse portato da mangiare?». Gesù disse loro: «Il mio cibo è fare la volontà di colui che mi ha mandato e compiere la sua opera. Forse che qui la volontà del Padre che lo ha mandato, e l'opera che rispose di voler compiere, è da intendere altro che il convertirci dall'errore pericoloso alla sua fede? Questo è dunque il suo cibo, e tale la bevanda: e perciò era assetato verso quella donna, per fare in essa la volontà del Padre e compiere la sua opera. Ma [essa], comprendendo carnalmente, rispose

«Come mai tu, che sei giudeo, chiedi da bere a me, che sono una donna

dicitur in Psalmis: De profundis clamavi ad te, Domine. Sedit, ut dixi, quia humiliatus est.

Ab alienigenis venit ista mulier, quae typum gerebat Ecclesiae.

10. Et venit mulier. Forma Ecclesiae, non iam iustificatae, sed iam iustificandae; nam hoc agit sermo. Venit ignara, invenit eum, et agitur cum illa. Videamus quid, videamus quare: *Venit mulier de Samaria haurire aquam*. Samaritani ad Iudaeorum gentem non pertinebant: alienigenae enim fuerunt, quamvis vicinas terras incolerent. Longum est originem Samaritanorum retexere, ne nos multa teneant, et necessaria non loquamur: sufficit ergo ut Samaritanos inter alienigenas deputemus. Et ne hoc audacius me arbitremini dixisse quam verius, audite ipsum Dominum Iesum, quid dixerit de illo Samaritano, uno de decem leprosis quos mundaverat, qui solus rediit ut gratias ageret: *Nonne decem mundati sunt? et novem ubi sunt? non erat alius qui daret gloriam Deo, nisi alienigena iste?* Pertinet ad imaginem rei, quod ab alienigenis venit ista mulier, quae typum gerebat Ecclesiae: ventura enim erat Ecclesia de Gentibus, alienigena a genere Iudaeorum. Audiamus ergo in illa nos, et in illa agnoscamus nos, et in illa gratias Deo agamus pro nobis. Illa enim figura erat, non veritas; quia et ipsa praemisit figuram, et facta est veritas. Nam credidit in eum, qui de illa figuram nobis praetendebat. *Venit ergo haurire aquam*. Simpliciter venerat haurire aquam, sicut solent vel viri vel feminae.

11. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere.

Discipuli enim eius abierant in civitatem, ut cibos emerent.

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana:

Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me poscis, quae sum mulier Samaritana?

¹⁵ 2Cor 4, 16 Vulg.: "Propter quod non deficiamus: sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem."; Sabatier in nota: "Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 794. b. *Et non deficiemus: nam & interiorem hominem nostrum renovari de die in diem* [+ altre sue] August. l. de mor. Eccl. tom. 1. Col. 701. a. *si & exterior homo noster corrumpitur: sed interior renovatur de die in diem*: itidem infra [...] Ambrosiaster in 2. Cor. *Quapropter non deficiamus: & licet si exterior homo noster corrumpitur: sed interior renovatur de die in diem*."

¹⁶ Si tratta di citazione testuale di Gv 4, 18; pertanto in italiano viene evidenziata col corsivo.

¹⁷ Il tema è trattato da Agostino in questo tractatus 15 §9, poco sopra, evidenziato pari colore.

¹⁸ Is 53, 3 VL: "Homo in plaga, et sciens ferre infirmitatem."; Sabatier in nota: "Tertul. [...] similiter l. cont. Jud. c. 14. p. 148. a. ac supra, c. 9. p. 143 b. *homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem* [...] Cypr. l. 2. Testim. p. 289. c. [...] *Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem* [...] Hieron. epist. ad Princip. to. 2. 684. c. [...] *Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem* [...] August. [...] eadem rursum habet l. 1. de pecc. merit, to. 10. 29. d. & l. 1. de conf. Evang. to. 3. col. 21. g. at l. 18. de civit. Dei. c. 29. to. 7. 510. d. [...] *Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem* [...] Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. *Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem*". NCEI, secondo Vulg., traduce: "uomo dei dolori che ben conosce il patire,"; benché il senso non muti, mi sembra utile una traduzione più fedele a VL, meglio inserita ne commento.

¹⁹ Fil 2, 8 Vulg.: "Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem."; Sabatier in nota: "Ireneus l. 3. c. 12. p. 197. c. *Subjectus factus est usque ad mortem*, [...] Augustinus [...] at l. de fide & symb. to. 6. col. 156. c. legit: *Humiliavit se factus subditus usque ad mortem*, &c. ut sup. Fortunatus Manich. apud Aug. disput. l. cont. Ipsum, to. 8. col. 95. f. *Humiliavit semetipsum, & factus est subditus usque ad mortem* [...] Victorinus Afr. l. 4. cont. Arium, p. 288. b. *Humiliavit semetipsum subditus factus usque ad mortem*". nella traduzione ritrango opportuno mantenere la specificità di "subditus" che una forma specifica di obbedienza: gerarchica: del Figlio che ubbidisce al Padre, e, ancor più, del Figlio fattosi servo, sottomesso.

²⁰ Il tema è trattato da Agostino in questo tractatus 15 §7, poco sopra, evidenziato pari colore.

²¹ Mt 9, 12 Vulg.: "Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus."; VL: "Non est opus sanis medicus, sed male habentibus."

²² Gv 4, 7 Vulg.: "Dicit ei Jesus: Da mihi bibere.". Non ho trovato testimoni della versione più estesa presente nel commento. La traduzione viene adeguata.

²³ Gv 4, 8 Vulg.: "Discipuli enim eius abierant in civitatem ut cibos emerent.". Non ho trovato testimoni della variante proposta dsal commento; in italiano adeguo la traduzione al testo.

²⁴ Gv 4, 31-34 Vulg.: "Rabbi, manduca. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicunt ergo discipuli ad invicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius."; VL: "Ille autem dixit eis: ..."; Sabatier in nota: "Cantabrig. *At ille dixit eis: Ego escam habeo manducare, quam vos ignoratis*. [...] August. tr. 15. in Joh. nil differt a Vulgata; l. vero de quaest. to. 6. col. 140. a. *Dicunt ergo discipulis ejus ad alterutrum: Numquid, &c.*". Come si può notare dai numeri dei versetti, Beda lega qui due momenti fra loro distanti nel racconto evangelico dove i discepoli tornano solo dopo il termine del colloquio con la Samaritana. Agostino cita questi versetti in questo tractatus 15, ma molto più avanti, al §31.

*Non enim coutuntur Iudaei Samaritanis.*²⁵

*Cui Dominus noster dixit: Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu magis petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.*²⁶

Ut hinc et ostenderet non se talem aquam petisse qualem intellexerat. Sed quia ipse sitiebat fidem ejus, eidem sciendi Spiritum sanctum dare cupiebat. Hanc enim recte intelligimus aquam vivam, quod est donum Dei, sicut ipse ait:

si scires donum Dei;

et sicut idem Joannes testatur alio loco dicens, quod *stabat Jesus, et clamabat:*

Si quis sitit, veniat, et bibat (Joan. VII), consequenter omnino:

Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae (Ibid.)²⁷. Quia primo credimus ut haec dona mereamur. Hoc ergo flumen aquae vivae, quod illi mulieri volebat dare, merces est fidei, quam prius in illa sitiebat.

De cujus aquae vivae interpretatione ita subjicit:

Hoc autem dicebat, inquit, de Spiritu quem accepturi erant hi qui in eum credituri erant. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum fuerat clarificatus (Ibid.)²⁸. Hoc itaque donum Spiritus sancti est, quod post suam clarificationem dedit Ecclesiae, sicut alia Scriptura dicit: *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* (Psal. LXVII)²⁹. Sed adhuc illa mulier carnaliter sapit, sic enim respondit:

*Domine, neque hauritorium habes, et puteus altus est, unde ergo habes aquam vivam?*³⁰

*Nunquid tu major a patre nostro Jacob qui dedit hunc puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ejus?*³¹

Nunc vero jam Dominus exponit quid dixerit:

*Omnis, inquit, qui biberit ex aqua ista, sitiet iterum; qui autem biberit de aqua quam ego dederò, non sitiet in sempiternum; sed aqua illa quam dederò fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.*³²

samaritana?». I Giudei infatti non hanno rapporti con i Samaritani.

Nostro Signore le risponde: «Se tu conoscesti il dono di Dio e chi è colui che ti dice: “Dammi da bere!”», tu avresti piuttosto chiesto a lui ed egli ti avrebbe dato acqua viva».

E così mostrò di non aver chiesto quell’acqua che [lei] aveva inteso. Ma poiché egli aveva sete della fede di lei, a lei desiderava dare lo Spirito santo di conoscenza. Infatti di quest’acqua viva comprendiamo correttamente che è dono di Dio, come lui stesso dice:

Se tu conoscesti il dono di Dio;

e come lo stesso Giovanni attesta in altro passo dicendo *che Gesù, ritto in piedi, gridò: «Se qualcuno ha sete, venga a me, e beva* (Gv 7, 37), di conseguenza senza dubbio: *chi crede in me. Come dice la Scrittura: Dal suo grembo sgorgheranno fiumi di acqua viva»* (ibid. 38). Perché per meritare questi doni dapprima crediamo. Dunque questo fiume di acqua viva che voleva dare alla donna, è ricompensa della fede, di cui prima di tutto aveva sete in lei. Sull’interpretazione di questa acqua viva così soggiunge: *Questo, dice, egli diceva dello Spirito che avrebbero ricevuto coloro che avrebbero creduto in lui: infatti non vi era ancora lo Spirito, perché Gesù non era ancora stato glorificato* (ibid. 39). Dunque ciò è dono dello Spirito santo che diede alla Chiesa dopo la sua glorificazione, come dice un’altra Scrittura: *ascendendo in alto, ha condotto prigioniera la prigionia, ha dato doni agli uomini* (Sal 67, 19). Ma ancora la donna capisce carnalmente; infatti risponde così:

Signore, non hai un mestolo e il pozzo è profondo; da dove prendi dunque quest’acqua viva?

Sei tu forse più grande del nostro padre Giacobbe, che diede questo pozzo e ne bevve lui con i suoi figli e il suo bestiame?

Ora invero il Signore spiega ormai ciò che ha detto:

«Chiunque, dice, avrà bevuto di quest’acqua avrà di nuovo sete; ma chi avrà bevuto dell’acqua che io gli avrò dato, non avrà più sete in eterno. Anzi, l’acqua che io gli avrò dato diventerà in lui una sorgente d’acqua che zampilla per la vita eterna».

Non enim coutuntur Iudaei Samaritanis.

Videtis alienigenas: omnino vasculis eorum Iudaei non utebantur. Et quia ferebat secum mulier vasculum unde aquam hauriret, eo mirata est, quia Iudaeus petebat ab ea bibere, quod non solebant facere Iudaei. Ille autem qui bibere quaerebat, fidem ipsius mulieris sitiebat.

Donum Dei est Spiritus Sanctus.

12. Denique audi quis petat bibere.

Respondit Iesus, et dixit ei: Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi:

Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.

Petit bibere, et promittit bibere. Eget quasi accepturus, et affluit tamquam satiaturus. *Si scires, inquit, donum Dei.* Donum Dei est Spiritus sanctus. Sed adhuc mulieri tecte loquitur, et paulatim intrat in cor. Fortassis iam docet. Quid enim ista hortatione suavius et benignius?

Si scires donum Dei,

et scires quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan peteres, et daret tibi aquam vivam: huc usque suspendit. *Viva aqua dicitur vulgo illa quae de fonte exit.* Illa enim quae colligitur de pluvia in lacunas aut cisternas, aqua viva non dicitur. Et si de fonte manaverit, et in loco aliquo collecta steterit, nec ad se illud unde manabat admiserit, sed interrupto meatu, tamquam a fontis tramite separata fuerit; non dicitur aqua viva: sed illa aqua viva dicitur, quae manans excipitur. Talis aqua erat in illo fonte. Quid ergo promittebat quod petebat?

13. Tamen mulier suspensa ait:

Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est.

Videte quomodo intellexerit aquam vivam, aquam scilicet quae erat in illo fonte. Tu mihi vis dare aquam vivam, et ego fero unde hauriam, et tu non fers. Aqua viva hic est, quomodo mihi daturus es? Aliud intellegens et carnaliter sapiens quodammodo pulsatur, ut aperiat magister quod clausum est. Pulsabat ignorantia, non studio; adhuc miseranda, non dum instruenda.

14. Dicit aliquid evidentius Dominus de illa aqua viva. Dixerat enim mulier:

Numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii eius, et pecora eius:

De hac aqua viva dare mihi non potes, quoniam hauritorium non habes: forte alium fontem promittis? Patre nostro melior potes esse, qui hunc puteum fodit, et ipse cum suis usus est eo? Dominus ergo dicat quid dixerit aquam vivam. *Respondit Iesus, et dixit ei:*

Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum; sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.

Apertius locutus est Dominus: *Fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Qui biberit de aqua ista, non sitiet in aeternum.* Quid evidentius, quia non aquam visibilem,

²⁵ Gv 4, 9 Vulg.: “Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me poscis, quae sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudaei Samaritanis.”; Sabatier in nota: “Corb. Dicit ergo... Tu cum sis Iudaeus, quomodo a me bibere poscis, cum sim mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudaei Samaritanis. S. Mart. itidem, non enim coutuntur Iudaei cum Samaritanis. Cantabr. Dicit illi ergo mulier Samaritana: Tu cum sis Iudaeus, quomodo a me bibere petis, muliere Samaritana? reliqua desunt. [...] August. l. de quaest. to. 6. col. 40. c. Tu cum sis Iudaeus, quomodo a me bibere petis, cum sim mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudaei Samaritanis.”.

²⁶ Gv 4, 10 Vulg.: “Respondit Iesus, et dixit ei: Si scires donum Dei, et quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.”; Sabatier in nota: “August. [...] at l. de quaest. to. 6. col. 40. c. & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu magis petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam. Itidem Victorin. Afr. l. 4. adv. Arium, p. 282. a.”. La traduzione viene adeguata al testo.

²⁷ Gv 7, 37-38 Vulg.: “stabat Jesus, et clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae.”. In italiano hp mantenuto intatta la traduzione NCEI che tuttavia, come si nota dalla punteggiatura, lega “Qui credit in me” a ciò che segue invece che a ciò che precede.

²⁸ Gv 7, 39 Vulg.: “Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.”. La traduzione viene adeguata nei tempi.

²⁹ Sal 67, 19 Vulg.: “Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus.”. In realtà è citazione testuale della ripresa che ne fa Paolo in Ef 4, 8. Per l’italiano adottato traduzione più letterale di Ef. “Condurre prigioniera la prigionia” è come dire “aver incarcerato il carceriere”, cioè aver liberato i prigionieri; è l’immagine di Satana schiacciato sotto i piedi di Cristo dalle porte divelte degli inferi, che teneva chiuse.

³⁰ Gv 4, 11 Vulg.: “Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam?”; Sabatier in nota: “Cantabrig. vero: Dicit illi mulier: Domine, nec hauritorium habes [...] Aug. l. de quaest. to. 6. col. 40. f. Domine, neque hauritorium habes, & puteus altus est: unde mihi habes dare aquam vivam? & tract. 26. in Joh to. 3. col. 488. f. quasi alludens: Unde tibi, quandoquidem non habes hauritorium, & puteus altus est!”. Traduco hauritorium con “mestolo” (NCEI dice secchio) perché sono lombardo di montagna e mi si fissa davanti agli occhi l’immagine di quei mestoli o gavettini appesi di fianco alle fonti lungo i sentieri: Non hai nemmeno un mestolo e il pozzo è profondo...

³¹ Gv 4, 12 Vulg.: “...qui dedit nobis puteum, ...”; Sabatier in nota: “Sic etiam Fossat. cum Corb. praeter puteum hunc. [...] August. [...] l. de quaest. to. 6. col. 40. f. nil differt a textu, nisi quod l. de quaest. habet hunc puteum.”.

³² Gv 4, 13-14 Vulg.: “Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.”; Sabatier in nota: “August. [...] similiter l. de quaest. to. 6. col. 40. g. exceptis his, de aqua ista... de aqua, quam ego dederò, non sitiet in sempiternum: [...] Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 255. f. Omnis, qui biberit ex aqua ista, iterum sitiet: [...] & l. 4. p. 282. a. [...] qui autem biberit de aqua, quam ego dederò ei, non sitiet in sempiternum. [...] Auctor l. de promiss. p. 1. c. 39. col. 121. b. qui biberit ex aqua, quam ego dederò.”. In italiano vengono adeguati i tempi.

Sed mulier prudentiam carnis amplectitur. Quid enim respondit?

Ma la donna abbraccia la prudenza della carne. Cosa risponde infatti?

sed invisibilem promittebat? quid evidentius, quia non carnaliter, sed spiritualiter loquebatur?

15. Adhuc tamen illa mulier carnem sapit: delectata est non sitire, et putabat hoc secundum carnem promissum sibi esse a Domino. Quod quidem fiet, sed in resurrectione mortuorum. Iam hoc volebat illa. Dederat enim Deus aliquando servo suo Eliae, ut per quadraginta dies nec esuriret, nec sitiret. Qui hoc potuit dare per quadraginta dies, non potuit dare semper? Suspirabat tamen illa, nolens indigere, nolens laborare. Assidue venire ad illum fontem, onerari pondere, quo indigentia suppleretur; et finito quod hauserat, rursus redire cogebatur: et quotidianus ei fuit iste labor; quia indigentia illa reficiebatur, non exstinguebatur. Delectata ergo tali munere, rogat ut ei aquam vivam daret.

16. Verumtamen non praetereamus, quoniam Dominus spiritale aliquid promittebat. Quid est: *Qui biberit de aqua hac, sitiet iterum?* Et verum est secundum hanc aquam; et verum est secundum quod significabat illa aqua. Etenim aqua in puteo, voluptas saeculi est in profunditate tenebrosa: hinc eam hauriunt homines hydria cupiditatum. Cupiditatem quippe proni submitunt, ut ad voluptatem haustam de profundo perveniant; et fruuntur voluptate, praecedente et praemissa cupiditate. Nam qui non praemiserit cupiditatem, pervenire non potest ad voluptatem. Pone ergo hydriam, cupiditatem; et aquam de profundo, voluptatem: cum pervenerit quisque ad voluptatem saeculi huius, cibus est, potus est, lavacrum est, spectaculum est, concubitus est; numquid non iterum sitiet? Ergo *de hac aqua qui biberit, iterum*, inquit, *sitiet*: si autem acceperit a me aquam, *non sitiet in aeternum. Satiabimur*, inquit, *in bonis domus tuae*. De qua ergo aqua daturus est, nisi de illa de qua dictum est: *Apud te est fons vitae?* Nam quomodo sitient qui *inebriantur ab ubertate domus tuae?*

17. Promittebat ergo saginam quamdam et satietatem Spiritus sancti: et illa nondum intellegebat; et non intellegens, quid respondebat? *Dicit ad eum mulier:*

Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.

Ad laborem indigentia cogebat, et laborem infirmitas recusabat. Utinam audiret: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam*. Hoc enim ei dicebat Iesus, ut iam non laboraret, sed illa nondum intellegebat.

18. Denique volens ut intellegeret,

dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum et veni huc.

Quid est: *Voca virum tuum?* Per virum suum ei volebat aquam illam dare? An quia non intellegebat, per virum suum eam volebat docere? Forte quomodo ait Apostolus de mulieribus: *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent?* Sed ibi dicitur, *domi viros suos interrogent*, ubi non est Iesus qui doceat: denique dicitur mulieribus quas prohibebat Apostolus loqui in Ecclesia. Cum vero ipse Dominus aderat, et praesens praesenti loquebatur? quid opus erat ut per virum eius ei loqueretur? Numquid per virum suum loquebatur Mariae sedenti ad pedes suos, et excipienti verbum suum, quando Martha circa multum ministerium etiam de sororis suae felicitate occupatissima murmurabat? Ergo, fratres mei, audiamus et intellegamus quod ait Dominus: *Voca virum tuum*, mulieri. Forte enim et animae nostrae dicit: *Voca virum tuum*. Quaeramus et de viro animae. Cur iam non ipse Iesus vir animae verus est? Adsit intellectus, quoniam quod dicturi sumus, vix capitur nisi ab intentis: adsit ergo intellectus ut capiatur, et ipse intellectus erit fortasse vir animae.

19. Videns ergo Iesus quia mulier non intellegebat, et volens eam intellegere: *Voca*, inquit, *virum tuum*. Ideo enim nescis quod dico, quia intellectus tuus non adest: loquor ego secundum spiritum, tu audis secundum carnem. Quae loquor, nec ad voluptatem aurium pertinent, nec ad oculos, nec ad olfactum, nec ad gustum, nec ad tactum; mente sola capiuntur, intellectu solo hauriuntur: ille intellectus non tibi adest, quomodo capis quod dico? *Voca virum tuum*, praesenta intellectum tuum. Quid tibi est enim animam habere? Non est magnum, nam et pecus habet. Unde tu melior? Quia intellectum habes, quod pecus non habet. Quid est ergo: *Voca virum tuum?* Non me capis, non me intellegis: de dono Dei tibi loquor, tu autem carnem cogitas; secundum carnem sitire non vis, ego spiritum alloquor: absens est intellectus tuus: *Voca virum tuum. Noli esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus*. Ergo, fratres mei, animam habere, et intellectum non habere, hoc est, non adhibere, nec secundum eum vivere, bestialis est vita. Est enim in nobis quiddam bestiale quo in carne vivimus, sed intellectu regendum est. Motus enim animae secundum carnem se moventis, et in delicias carnales immoderate diffluere cupientis, regit desuper intellectus. Qui debet dici vir? qui regit,

«Signore, dammi quest'acqua, perché nè abbia sete, nè venga qui ad attingere».

Le dice [Gesù]: «Va' a chiamare tuo marito e ritorna qui».

*Domine, da mihi hanc aquam, ut neque sitiam, neque veniam huc haurire.*³³

*Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, et veni huc.*³⁴

³³ Gv 4, 15 Vulg.: "Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire."; non ho trovato testimoni per la variante proposta nel testo; in italiano adegua la traduzione.

³⁴ Gv 4, 16.

Cum sciret eam virum non habere, cur hoc dixerit, quaeritur, namque cum mulier dixit:

Non habeo virum,

*dicit ei Iesus: Bene dixisti non habere te virum,*³⁵

*quinque enim viros habuisti; et nunc quem habes, non est tuus vir, hoc vere dixisti.*³⁶

Sed non sunt haec carnaliter accipienda, ne huic ipsi adhuc mulieri Samaritanae similes esse videamur, sed de illo dono Dei, si aliquid jam gustavimus, spiritualiter istud tractemus. **Quinque viros, quinque libros** qui per Moysen ministrati sunt nonnulli accipiunt. Quod autem dictum est: *Et nunc quem habes, non est tuus vir*, de seipso Dominum dixisse intelligunt, ut iste sit sensus: Primo **quinque** libris Moysi **quinque** viris servisti; *nunc autem quem habes*, id est, quem audis, *non est tuus vir*, quia nondum in eum credidisti. Sed quoniam nondum credens Christo, adhuc utique illorum **quinque** virorum, id est, **quinque** librorum, copulatione tenebatur, potest movere quomodo dici potuerit: **Quinque viros habuisti**, quasi nunc eos jam non haberet, cum adhuc utique ipsis subdita viveret. Deinde cum **quinque** libri Moysi nihil aliud quam Christum praedicent, sicut ipse ait: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi, ille enim de me scripsit* (Joan. III)³⁷, quomodo potest intelligi a **quinque** illis libris recedere hominem, ut ad Christum transeat, cum ille qui credit in Christum, non relinquendos **quinque** illos libros, sed spiritualiter intelligendos multo beatius amplectatur? Est ergo alius intellectus, ut **quinque** viri intelligantur **quinque** corporis sensus: unus qui ad oculos pertinet, quo lucem istam visibilem, et quoslibet colores, formasque corporum, cernimus. Alter est aurium, quo vocum et omnium sonorum monumenta sentimus. Tertius narium, quo varia odorum suavitate delectamur. Quartus in ore gustus dulcia et amara sentit, et omnium saporum habet examen. Quintus per totum corpus tangendo dijudicat calida et frigida,

Dato che sapeva che ella non aveva marito, ci si domanda perché abbia detto ciò; e infatti quando la donna disse:

«Io non ho marito».

Le dice Gesù: «Hai detto bene di non avere marito,

infatti hai avuto cinque mariti e quello che hai ora non è tuo marito; in questo hai detto il vero».

Ma non sono [parole] queste da prendere carnalmente, per non sembrare noi stessi ancora simili a questa donna Samaritana, ma, se già abbiamo gustato qualcosa del dono di Dio, trattiamo ciò spiritualmente. Alcuni prendono i cinque mariti [per] i cinque libri forniti per mezzo di Mosè. Quanto poi è detto: *quello che hai ora non è tuo marito*, lo intendono detto di se stesso dal Signore, così che il senso sarebbe questo: Dapprima hai servito ai cinque libri di Mosè [come] a cinque mariti; *ma quello che hai ora*, cioè, quello che ascolti, *non è tuo marito*,

perché non hai ancora creduto in lui. Ma poiché, non credendo ancora a Cristo, di certo intratteneva ancora rapporti con quei cinque mariti, cioè i cinque libri, può far problema come si sia potuto dire: *hai avuto cinque mariti*, quasi che ora non li avesse più, mentre di certo viveva ancora loro soggetta. Poi, siccome i cinque libri di Mosè non predicano nient'altro che Cristo, come egli stesso dice: *Se infatti credeste a Mosè, credereste anche a me; perché egli ha scritto di me* (Gv 5, 46), come si può comprendere che l'uomo receda da quei cinque libri, per passare a Cristo, quando chi crede in Cristo, molto più felicemente apprezza quei cinque libri non come da abbandonare, ma da comprendere spiritualmente? C'è quindi un'altra comprensione, secondo cui i cinque mariti vanno compresi come i cinque sensi del corpo: uno che pertiene agli occhi, col quale distinguiamo questa luce visibile, e qualsivoglia colore, e le forme dei corpi. Un secondo è delle orecchie, con cui sentiamo le testimonianze delle voci e di ogni realtà sonora. Il terzo è delle narici, con cui ci dilettiamo della soavità dei vari odori. Quarto il gusto nella bocca; sente le cose dolci e amare, ed esamina tutti i sapori. Il quinto lungo tutto il corpo valuta toccando le cose calde e

an qui regitur? Procul dubio cum ordinata vita est, intellectus animam regit, ad ipsam animam pertinens. Non enim aliquid aliud est quam anima, sed aliquid animae est intellectus: quomodo non aliquid aliud quam caro est oculus, sed aliquid carnis est oculus. Cum autem carnis aliquid sit oculus, solus tamen luce perfruitur: caetera autem membra carnalia luce perfundi possunt, lucem sentire non possunt; solus ea oculus et perfunditur et perfruitur. Sic in anima nostra quiddam est quod intellectus vocatur. Hoc ipsum animae quod intellectus et mens dicitur, illuminatur luce superiore. Iam superior illa lux, qua mens humana illuminatur, Deus est; *Erat enim verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Talis lux Christus erat, talis lux cum muliere loquebatur: et illa intellectu non aderat, qui illa luce illuminaretur, nec tantum perfunderetur, verum etiam frueretur. Ergo Dominus tamquam diceret: Illustrare volo, et non adest quem; *Voca, inquit, virum tuum*: adhibe intellectum per quem docearis, quo regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu tamquam feminam: intellectum autem habere, tamquam virum. Sed iste vir non bene regit feminam suam, nisi cum a superiore regitur. Caput enim mulieris vir, caput autem viri Christus. Loquebatur caput viri cum femina, et non aderat vir. Et tamquam diceret Dominus: Adhibe caput tuum ut ille suscipiat caput suum: ergo *voca virum tuum, et veni huc*; id est, adesto, praesens esto: velut enim absens es, dum non intellegis praesentis vocem veritatis; praesens esto, sed noli sola; cum viro tuo adesto.

20. Et adhuc illa nondum advocato illo viro, non intellegit, adhuc carnem sapit; absens est enim vir:

Non habeo, inquit, virum.

Et Dominus sequitur, et mysteria loquitur. Intellegas revera istam mulierem non habuisse tunc virum; sed coutebatur nescio quo non legitimo viro, adultero magis quam viro.

Et Dominus ei: Bene dixisti: Quia non habeo virum.

Unde ergo tu dixisti: *Voca virum tuum?* Et audi quia bene novit Dominus eam non habere virum:

Dicit ei,

etc. Ne forte putaret mulier ideo dixisse Dominum:

Bene dixisti: Quia non habeo virum,

quod hoc a muliere didicerit, non quod ipse istud divinitate cognoverit, audi aliquid quod non dixisti:

Quinque enim viros habuisti, et iste quem habes, non est vir tuus, hoc vere dixisti.

21. Iterum cogit de istis **quinque** viris subtilius aliquid perscrutari. Multi quippe intellexerunt, non quidem absurde, nec usquequaque improbabiliter, **quinque viros mulieris huius, quinque libros Moysi**. Utebantur enim eis Samaritani, et sub eadem Lege erant: nam inde illis et circumcisio inerat. Sed quoniam angustat nos quod sequitur:

Et nunc quem habes,

non est vir tuus;

videtur mihi facilius nos posse accipere **quinque** viros priores animae, **quinque** sensus corporis esse. Quando enim quisque nascitur, antequam uti possit mente atque ratione, non regitur nisi sensibus carnis. Anima in puero parvulo, quod auditur, quod videtur, quod olet, quod sapit, quod tactu sentitur, hoc appetit aut fugit. Appetit quidquid mulcet, fugit quidquid offendit hos **quinque** sensus. Hos enim **quinque** sensus mulcet voluptas, offendit dolor. Secundum hos **quinque** sensus, tamquam **quinque** viros, prius vivit anima; quia istis regitur. Quare autem viri dicti sunt? Quia legitimi. A Deo quippe facti, et a Deo donati animae. Infirma est adhuc quae istis **quinque** sensibus regitur, et sub istis **quinque** viris agit: at ubi venerit ad annos exserendae rationis, si eam susceperit optima disciplina et doctrina sapientiae; **quinque** illis viris ad regendum non succedit, nisi vir verus legitimus et illis melior, et qui melius regat, et qui ad aeternitatem regat, ad aeternitatem excolat, ad aeternitatem instruat.

³⁵ Gv 4, 17 Vulg.: “Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum.”; Sabatier in nota: “Apud Aug. [...] & l. de quaest. to. 6. col. 40. g. *Bene dixisti, non habere te virum.*”. In italiano adeguo la traduzione alle varianti.

³⁶ Gv 4, 18.

³⁷ In realtà Gv 5, 46 Vulg.: “Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi : de me enim ille scripsit.”.

et dura et mollia, et levia et aspera; et quidquid aliud est, tangendo sentimus. Istitis itaque carnalibus **quinque** sensibus prima hominis aetas imbuatur, necessitate naturae mortalis, quia ita post peccatum primi hominis nati sumus, ut nondum reddita luce mentis, carnalibus sensibus subditi, carnalem vitam sine ulla veritatis intelligentia transeamus. Tales necesse est esse infantes, et parvulos pueros, qui nondum possunt accipere rationem. Et quia naturales sunt isti sensus, qui primam aetatem regunt, et Deo artifice nobis tributis sunt, recte dicuntur viri, id est mariti, tanquam legitimi, quoniam non eos error vitio proprio, sed Deo artifice natura contribuit. Cum aut quisque ad eam venerit aetatem in qua possit capax esse rationis, si veritatem statim comprehendere potuerit, non illis sensibus rectoribus uteretur, sed habebit virum spiritum rationalem, cui sensus illos in famulatum redigat, servituti subjiciens corpus suum, cum anima non jam viris **quinque**, id est **quinque** corporeis sensibus subdita est, sed Verbum divinum habet legitimum virum, cui copulata et inhaerens, cum et ipse Spiritus hominis haeserit Christo, quia caput viri Christus est (I Cor. XI)³⁸, amplexa spiritalia, aeterna vita sine ullo separationis timore perfruitur. Quinis enim separe tenebatur, quae significabat multitudinem saeculi vanis superstitionibus subjugari, post tempora illa **quinque** carnalium sensuum, quibus prima aetas, ut diximus, regitur: non eam Verbum Dei acceperat in conjugium, sed complexu adulterino diaboli obtinebat. Itaque illi Dominus dicit, videns eam esse carnalem, id est, carnaliter sapere:

Vade, voca virum tuum,

*et veni huc,*³⁹ id est: Remove ab affectione carnali in qua nunc constituta es, unde non potes intelligere quae loquor⁴⁰; *et voca virum tuum*, id est, in spiritu intelligentiae praesens esto. Est enim animae quasi maritus quodammodo Spiritus hominis, qui animalem affectionem tanquam conjugem regit: non ille Spiritus sanctus, qui cum Patre et Filio incommutabiliter datur; sed spiritus hominis, de quo Apostolus dicit: *Nemo scit quid est in homine, nisi spiritus hominis* (I Cor. II)⁴¹, nam et ille Spiritus sanctus, spiritus Dei est; de quo iterum dicit: *Sic et quae Dei sunt nemo scit, nisi Spiritus Dei* (Ibid.)⁴². Hic ergo spiritus hominis cum praeiens est, id est, intentus est, et se pietate subjicit Deo, intelligit homo quae spiritaliter dicuntur. Cum autem diaboli error tanquam absente intellectu in anima dominatur, adulter est. *Voca ergo*, inquit, *virum tuum*, id est, spiritum qui est in te, quo potest homo intelligere spiritalia. Si enim lux veritatis illustret vir, adesse intelligitur. *Voca igitur virum tuum*, ut ipse adsit cum loquor tibi, ut spiritalem aquam accipias. Cui virum se habere neganti, *Bene*, inquit, *dixisti*.

Quinque enim viros habuisti, id est, quinque sensus carnales te in prima aetate rexerunt;

et nunc quem habes, non est tuus vir,

quia non est in te spiritus qui intelligat Deum, cum quo legitimum potes habere conjugium: sed error diaboli potius dominatur, qui te adulterina contaminatione corrumpit. Et fortasse ut intelligentibus indicaret quinque memoratos corporis sensus, quinque virorum nomine significari, post quinque carnales responsiones ista mulier sexta responsione nominat Christum. Nam prima ejus responsio est: *Tu cum sis Judaeus, quomodo a me bibere petis?* secunda: *Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est;* tertia: *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire;* quarta: *Non habeo virum;* quinta: *Video quia propheta es: patres nostri in monte hoc adoraverunt.*⁴³ Nam ista responsio carnalis est, carnalibus enim datus fuerat locus terrenus ubi orarent, spiritalis autem

fredde, e dure e molli, e levigate e ruvide; e qualsiasi altra cosa ci sia la percepiamo toccando. Dunque la prima età dell'uomo è riempita da questi cinque sensi carnali, per necessità della natura mortale, perché dopo il peccato del primo uomo siamo nati così da trascorrere la vita carnale senza nessuna comprensione della verità, soggetti ai sensi carnali non essendo ancora restituita la luce dell'anima. È necessario che gli infanti, e i piccoli ragazzi siano tali, dato che ancora non possono accogliere la ragione. E poiché questi sensi sono naturali, e reggono la prima età, e ci sono attribuiti da Dio artefice, correttamente sono detti "uomini", cioè mariti in quanto legittimi, poiché li associa non l'errore per vizio proprio, ma la natura, essendo Dio artefice. Ma quando uno sarà giunto a quell'età in cui possa essere capace della ragione, se avrà potuto comprendere subito la verità, non si servirà di quei sensi come guide, ma avrà lo spirito razionale degli "uomini", con cui ricondurre quei sensi al [proprio] servizio, sottomettendo il proprio corpo all'obbedienza, poiché l'anima non è più sottomessa a quei cinque mariti, cioè ai cinque sensi corporei, ma ha il Verbo divino per legittimo sposo, e a lui accoppiata e aderendo – dato che anche lo stesso Spirito dell'uomo ha aderito a Cristo, perché *dell'uomo il capo è Cristo* (1Cor 11, 3) – gode pienamente gli amplessi spirituali nella vita eterna senza alcun timore di separazione. Veniva infatti tenuta separata dai cinque, e significava la moltitudine che era soggiogata dalle vane superstizioni del secolo, dopo quei cinque tempi dei sensi carnali, dai quali, come abbiamo detto, è retta la prima età: il Verbo di Dio non aveva accolto lei nel connubio, ma l'aveva avuta il diavolo con un rapporto adulterino. Pertanto il Signore, vedendo che ella era carnale, cioè capiva carnalmente:

«Va' a chiamare tuo marito

e ritorna qui», cioè: Togliti dall'affetto carnale in cui ti trovi ora, per cui non puoi comprendere ciò che dico; *a chiamare tuo marito*, cioè sii presente con spirito di comprensione. Lo Spirito dell'uomo è infatti in qualche modo quasi marito dell'anima, e regge l'affetto animale come coniuge; non lo Spirito santo, che si dona invariabilmente col Padre e il Figlio, ma lo spirito dell'uomo, di cui l'Apostolo dice: *Nessuno conosce cosa c'è nell'uomo se non lo spirito dell'uomo* (1Cor 2, 11), infatti anche lo Spirito santo è spirito di Dio, di cui di contro dice: *Così anche i segreti di Dio nessuno li ha mai conosciuti se non lo Spirito di Dio* (ibid.). Pertanto quando questo spirito dell'uomo è presente, cioè attento, e si sottomette a Dio con devozione, l'uomo comprende quanto viene detto spiritualmente. Quando invece nell'anima domina l'errore del diavolo, come se fosse assente l'intelletto, egli è adultero. *Chiama dunque*, dice, *tuo marito*, cioè lo spirito che è in te, con cui l'uomo può comprendere le realtà spirituali. Se infatti la luce della verità chiarisce l'"uomo", si comprende che è presente. Chiama dunque tuo marito, così che anch'egli sia presente quando ti parlo, e tu riceva l'acqua spirituale. Alla negazione di avere un marito, *«Hai detto bene*, dice.

Infatti hai avuto cinque mariti, cioè i cinque sensi carnali ti hanno retto nella prima età;

e quello che hai ora non è tuo marito,

perché nn c'è in te lo spirito che comprenda Dio, con cui tu possa avere un connubio legittimo; ma piuttosto domina l'errore del diavolo, che ti corrompe con una contaminazione adulterina. E forse per indicare a quanti intendono che i cinque ricordati sensi del corpo sono indicati col nome dei cinque mariti, questa donna dopo cinque risposte carnali nella sesta risposta nomina Cristo. Infatti la sua prima risposta è: *Come mai tu, che sei giudeo, chiedi da bere a me?* la seconda: *Signore, non hai un mestolo e il pozzo è profondo;* la terza: *«Signore, dammi quest'acqua, perché non abbia sete, nè venga qui ad attingere;* la quarta: *Io non ho marito;* la quinta: *Vedo che tu sei un profeta! I nostri padri hanno adorato su questo monte.* Infatti questa risposta è carnale; ai carnali infatti era stato dato un luogo terreno dove pregare, invece gli

Nam isti **quinque** sensus non ad aeternitatem nos regunt, sed ad ista temporalia vel appetenda vel fugienda. Ubi vero intellectus sapientia imbutus regere coeperit animam, scit iam non solum fugere foveam, et ambulare in aequali quod oculi ostendunt animae infirmae: nec tantum canoras voces suaviter audire, dissonasque repellere; vel blandis odoribus delectari, putoresque respuere; aut dulcedine capi, et amaritudine offendi; aut lenibus mulceri, et asperis laedi. Ista enim omnia infirmae animae sunt necessaria. Quid ergo regiminis adhibetur per illum intellectum? Non alba et nigra discreturus est, sed iusta et iniusta, bona et mala, utilia et inutilia, castitatem et impudicitiam, hanc ut amet, istam ut vitet; caritatem et odium, in hac ut sit, in illo ut non sit.

22. Hic vir **quinque** illis viris in ista muliere non successerat.

Ubi enim non succedit ille, error dominatur.

Nam cum coeperit anima capax esse rationis,

aut a sapiente mente regitur, aut ab errore:

sed error non regit, sed perdit.

Post istos ergo **quinque** sensus mulier illa adhuc errabat, et error

eam ventilabat. Error autem iste non erat legitimus vir, sed

adulter: ideo ei Dominus, ait:

Bene dixisti:

Quia non habeo virum.

Quinque enim viros habuisti: quinque te sensus carnis primo rexerunt;

venisti ad aetatem utendae rationis, nec ad sapientiam pervenisti, sed in errorem incidisti. Ergo post illos quinque viros,

iste quem habes, non est tuus vir.

Et quid erat, si vir non erat, nisi adulter? *Voca* itaque non adulterum, sed *virum tuum*; ut intellectu me capias, non errore de me aliquid falsum sentias. Adhuc enim errabat mulier, quae aquam illam cogitabat; cum iam Dominus de Spiritu sancto loqueretur.

Quare errabat, nisi quia adulterum, non virum habebat? Tolle ergo hinc istum adulterum qui te corrumpit, et

vade, voca virum tuum.

Voca, et veni, ut intellegas me.

³⁸ È, di fatto, citazione testuale di 1Cor 11, 3 Vulg.: "quod omnis viri caput, Christus est."; pertanto in italiano la evidenzio col corsivo.

³⁹ Gv 4, 16.

⁴⁰ Passo analogo in Agostino, sempre nel §22 di questo tractatus 15, poche righe più sotto, evidenziato pari colori.

⁴¹ 1Cor 2, 11 Vulg.: "Quis enim hominum scit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?"; Sabatier in nota: "Augustinus [...] at in Joh. 8. 532. C. Nemo scit hominum, quae sint hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est [+ altre simili] Vigilius Taps. L. 10 de Trin. Nemo enim scit quae sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in eo [+ altre simili]". In italiano adottato una traduzione conforme al testo latino.

⁴² 1Cor 2, 11 Vulg.: "ita et quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei."

⁴³ Gv 4, 19-20 Vulg.: "Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt,".

in spiritu et veritate adoratos Dominus dixit⁴⁴. Quod posteaquam locutus est, sexta mulier responsione Christum fatetur omnium historiam esse docturum.

*Dicit enim: Scio quoniam Messias venit, qui dicitur Christus; cum ergo venerit, ipse nobis annuntiabit omnia.*⁴⁵ Sed adhuc errat, quia eum quem venturum sperat venisse non videt. Verumtamen, misericordia Domini, nunc error iste tanquam adulter expellitur.

*Dicit enim ei Jesus: Ego sum, qui tecum loquor.*⁴⁶ Quo audit, illa nihil respondit, sed statim, relicta hydria sua, abiit in civitatem festinans, ut Evangelium et Domini adventum non tantum crederet, sed etiam praedicaret. Nec hoc, quod relicta hydria discessit, negligenter praetereundum est: hydria enim fortasse amorem saeculi hujus significat, id est, cupiditatem: quia sibi homines de tenebrosa profunditate, cujus imaginem puteus gerit, hoc est de terrena, conversatione hauriunt voluptatem: qua percepta, iterum in ejus appetitum inardescunt, sicut de aqua illa qui biberit sitiet iterum. Oportebat autem ut Christo credens, saeculo renuntiaret, et relicta hydria, cupiditatem saecularem se reliquisset monstraret, non solum corde credens ad justitiam, sed etiam ad salutem professura, praedicatura creditur.

*Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu.*⁴⁷ Coepit venire vir, nondum plene venit; prophetam Dominum putabat: erat quidem propheta, nam de seipso ait: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua (Luc. IV)*⁴⁸. Item de illo dictum est ad Moysen: *Prophetam eis suscitabo de fratribus eorum similem tui (Deut. XVIII)*⁴⁹: similem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiam majestatis. Ergo invenimus Dominum Jesum dictum prophetam, proinde iam non multum errat mulier ista. *Video*, inquit, *quia propheta es tu*, incipit adulterum excludere: *Video quia propheta es*, et incipit quaerere quod illam solebat movere. Contentio quippe fuerat inter Samaritanos et Iudaeos, quia Iudaei in templo a Salomone fabricato adorabant Deum; Samaritani longe inde positi, non in eo adorabant; et ideo Iudaei meliores se esse volebant, qui in templo adorabant Deum. *Non enim coutuntur Iudaei Samaritanis*,⁵⁰ quia dicebant eis:

Quoniam vos in templo adoratis, et ideo vos nobis meliores esse perhibetis,

quod nos non habemus; nunquid patres nostri, qui Deo placuerunt, in illo templo adoraverunt? Nonne in isto monte adoraverunt, ubi nunc sum? Melius ergo nos, inquiunt, in hoc monte Deum rogamus, ubi patres nostri rogaverunt.

Contendebant utrique ignari, quia virum non habentes, illi pro templo, isti pro monte inflammabantur adversus invicem.

Dominus tamen modo quid docet mulierem, tanquam cujus vir coeperit praesens esse? *Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu, patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis quia Ierosolymis adorare oportet.*

Dicit ei Jesus:

*Mulier, crede mihi.*⁵¹

Credit enim Ecclesia sponso, sicut scriptum est in Canticis canticorum: *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, amica mea, et veni. Jam enim hiems transiit, imber abiit, flores apparuerunt in terra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra (Cant. II).*

Merito iam praesente viro audit mulier: *Crede mihi, jam enim est in te qui credat, quia praesens est vir tuus. Coepisti adesse intellectui, quando me prophetam appellasti. Mulier, crede mihi, quia nisi credideritis, non intelligetis.*⁵²

spirituali adoreranno in spirito e verità, disse il Signore. Dopo che [egli] ebbe detto ciò, nella sesta risposta la donna dichiara che Cristo è la ricerca di tutti i dottori.

Dice infatti: «*So che deve venire il Messia, chiamato Cristo: quando egli verrà, ci annuncerà ogni cosa*». Ma sbaglia ancora, perché non vede colui che ancora spera che venga. Invero, per la misericordia del Signore, ora questo errore viene espulso come adultero.

Le dice Gesù: «Sono io, che parlo con te». Sentito ciò, lei non risponde nulla, ma subito, lasciata la sua brocca, andò in fretta in città, non solo per credere, ma anche per annunciare, il Vangelo e la venuta del Signore. Né va negligenemente trascurato ciò: che se ne andò, lasciata la brocca; infatti la brocca significa forse l'amore per questo secolo, cioè la cupidigia: perché gli uomini dalla profondità tenebrosa, di cui il pozzo porta l'immagine, cioè dalla frequentazione terrena, attingono per sé il piacere: quando l'hanno provato, di nuovo si infiammano per il desiderio di esso, così come chi ha bevuto di quell'acqua ha nuovamente sete. Ma era necessario che, credendo a Cristo, rinunciasse al secolo e, abbandonata la brocca, mostrasse di aver rinunciato alla cupidigia del secolo; non solo credendo di cuore alla giustizia, ma anche ormai pronta a professare e annunciare per la salvezza: credette.

Gli replica la donna: «Signore, vedo che tu sei un profeta! Comincia ad arrivare il marito, non è ancora arrivato del tutto; reputava il Signore un profeta; era di certo profeta, infatti di se stesso aveva detto: *Un profeta non è disprezzato se non nella sua patria (Mt 13, 57)*. Parimenti di lui era stato detto a Mosè: *Io susciterò loro un profeta in mezzo ai loro fratelli, simile a te (Dt 18, 18)*; simile, s'intende, quanto all'aspetto della carne, non quanto alla potenza della maestà. Vediamo dunque che il Signore Gesù è chiamato profeta, per cui questa donna ormai non sbaglia di molto. *Vedo*, dice, *che tu sei un profeta*; comincia ad escludere l'adultero: *Vedo che tu sei un profeta*; e comincia a cercare ciò che soleva farle problema. C'era un diverbio tra i Samaritani e i Giudei, perché i Giudei adoravano Dio nel tempio fabbricato da Salomone; i Samaritani, situati lontano da lì, non adoravano in esso; e perciò i Giudei volevano essere i migliori, dato che adoravano Dio nel tempio. *I Giudei infatti non hanno rapporti con i Samaritani*, i quali dicevano a loro:

Poiché voi adorate nel tempio, e quindi voi ritenete di essere migliori di noi,

perché noi non lo abbiamo; Forse che i nostri padri, che piacquero a Dio, hanno adorato in quel tempio? non hanno forse adorato su questo monte dove siamo ora? Dunque siamo meglio noi, che preghiamo Dio su questo monte, dove hanno pregato i nostri padri. Gli uni e gli altri contendevano ignari, perché, non avendo marito, si accendevano gli uni contro gli altri, quelli per il tempio, questi per il monte.

Tuttavia che cosa insegna ora il Signore alla donna, come se il suo marito cominciasse ad essere presente? *Gli replica la donna: «Signore, vedo che tu sei un profeta! I nostri padri hanno adorato su questo monte; voi invece dite che è a Gerusalemme [dove] bisogna adorare»*. Gesù le dice:

Credimi, donna.

Crede, infatti, la Chiesa allo sposo, come è scritto nel Cantico dei cantici: *Ora l'amato mio prende a dirmi: «Alzati, amica mia, mia bella, e vieni, presto! Perché, ecco, l'inverno è passato, è cessata la pioggia, se n'è andata; i fiori sono apparsi nei campi, il tempo del canto è tornato e la voce della tortora ancora si fa sentire nella nostra campagna (Ct 2, 10-12).*

Meritatamente, presente ormai il marito, la donna sente: *Credimi*, infatti ormai è in te chi crede, perché è presente tuo marito. Hai cominciato ad esserci con l'intelletto, quando mi hai chiamato profeta. *Donna, credimi*, perché *se non crederete, non capirete*.

23. *Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu.* Coepit venire vir, nondum plene venit. Prophetam Dominum putabat. Erat quidem et propheta: nam de seipso ait: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.* Item de illo dictum est ad Moysen: *Prophetam eis suscitabo de fratribus eorum, similem tui.* Similem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiam maiestatis. Ergo invenimus Dominum Iesum dictum prophetam. Proinde iam non multum errat mulier ista. *Video*, inquit, *quia propheta es tu*. Incipit vocare virum, adulterum excludere: *Video quia propheta es tu*. Et incipit quaerere quod illam solet movere. Contentio quippe fuerat inter Samaritanos et Iudaeos, quia Iudaei in templo a Salomone fabricato adorabant Deum; Samaritani longe inde positi, non in eo adorabant. Ideo Iudaei meliores se esse iactabant, quia in templo adorabant Deum. *Non enim coutuntur Iudaei Samaritanis*: quia dicebant eis:

Quomodo vos iactatis, et ideo vos meliores nobis esse perhibetis,

quia templum habetis

quod nos non habemus? Numquid patres nostri qui Deo placuerunt in illo templo adoraverunt? nonne in monte isto adoraverunt, ubi nos sumus? Melius ergo nos, inquiunt, in hoc monte Deum rogamus, ubi patres nostri rogaverunt.

Contendebant utrique ignari, quia virum non habentes:

illi pro templo, illi pro monte inflabantur adversus invicem.

24. Dominus tamen modo quid docet mulierem, tanquam cuius vir coeperit praesens esse? *Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis quia Ierosolymis est locus ubi adorare oportet.*

Dicit ei Iesus:

Mulier, crede mihi.

Veniet enim Ecclesia, sicut dictum est in Canticis canticorum, *veniet et pertransiet ab initio fidei*. Veniet ut pertranseat, et pertransire non potest nisi *ab initio fidei*.

Merito iam praesente viro audit: *Mulier, crede mihi*. Iam enim est in te qui credat, quia praesens est vir tuus. Coepisti adesse intellectui, quando me prophetam appellasti. *Mulier, crede mihi*: quia nisi credideritis, non intellegetis.

⁴⁴ Cfr Gv 4, 22-23.

⁴⁵ Gv 4, 25 Vulg.: "Dicit ei mulier: Scio quoniam Messias venit, (qui dicitur Christus.) cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia."

⁴⁶ Gv 4, 26.

⁴⁷ Gv 4, 19.

⁴⁸ Beda intende qui riferirsi a Lc 4, 24 Vulg.: "quia nemo propheta acceptus est in patria sua."; Sabatier in nota: "Hieron. ep. Ad Helioid. To. 4. P. 2. Col. 9. F. nemo propheta in patria sua honorem habet.". Di certo il versetto, così come riportato, è citazione testuale di Mt 13, 57.

⁴⁹ Dt 18, 18 Vulg.: "Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui."; VL: "Prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut te.". NCEI traduce: "Io susciterò loro un profeta in mezzo ai loro fratelli"; va, evidente, integrata.

⁵⁰ Gv 4, 9.

⁵¹ Gv 4, 19-21 Vulg.: "...et vos dicitis quia Ierosolymis est locus ubi adorare oportet."

⁵² Is 7, 9 VL; Vulg. ha: "si non credideritis, non permanebitis."

Ergo, mulier, crede mihi:

Quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est. Sed veniet hora, et nunc est, quando. Quae ergo hora?

Quando veri adoratores adorabunt

*non in monte isto, non in templo, sed in spiritu et veritate.*⁵³

Spiritus est Deus. Si corpus esset Deus, oportebat eum adorari in monte, quia et corporeus mons; oportebat eum adorari in templo, quia corporeum est templum.

*Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu oportet adorare.*⁵⁴

Nos adoramus quod scimus; vos adoratis quod nescitis, quoniam salus ex Iudaeis est. Multum dedit Iudaeis, sed noli istos reprobos accipere.

Parietem illum accipe, cui adjunctus est alius paries, ut pariter in lapide angulari, qui est Christus, copularentur. Unus enim paries a Iudaeis, unus a gentibus. Longe a se isti parietes, sed donec in angulo jungantur. Alienigenae autem hospites erant, et peregrini a testamentis Dei⁵⁵.

Secundum hoc ergo dictum est: *Nos adoramus quod scimus.*

Ex persona siquidem Iudaeorum sic dictum est,

sed de qualibus fuerunt apostoli, quales fuerunt prophetae, quales fuerunt illi omnes sancti qui omnia sua vendiderunt, et pretia rerum suarum ad pedes apostolorum posuerunt (*Act. IV*). *Non repulit enim Deus plebem suam quam praesciit (Psal. XCIII)*⁵⁶.

Audivit hoc mulier ista, et addidit. Iamdudum prophetam dicerat. Vidit alia dicere eum cum quo loquebatur, qui iam plus esset quam propheta; et quid responderit, videte.

Dicit ei mulier:

*Scio quia Messias veniet, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis omnia demonstrabit.*⁵⁷ Quid est hoc? Modo, inquit, de templo contendunt Iudaei, et nos de monte contendimus. Cum ille venerit, montem spernet, et templum evertet, docebit iste omnia, ut in spiritu et veritate noverimus adorare. Sciebat quis eam posset docere, sed iam docentem nondum agnoscebat. Jam ergo digna erat cui manifestaretur. Messias autem unctus est, unctus Graece Christus est, Hebraice Messias.

Dunque, credimi, donna,

viene l'ora in cui né su questo monte né a Gerusalemme adorerete il Padre. Voi adorate ciò che non conoscete, noi adoriamo ciò che conosciamo, perché la salvezza viene dai Giudei. Ma viene l'ora – ed è questa – in cui. Dunque che ora?

in cui i veri adoratori adoreranno

non su questo monte, non nel tempio, ma in spirito e verità.

Dio è spirito. Se Dio fosse corpo, sarebbe stato necessario adorarlo sul monte, perché anche il monte [è] corporeo; sarebbe stato necessario adorarlo nel tempio, perché il tempio è corporeo.

Dio è spirito, e quelli che lo adorano devono adorare in spirito.

Noi adoriamo ciò che conosciamo; voi adorate ciò che non conoscete, perché la salvezza viene dai Giudei. Ha attribuito molto ai Giudei, ma non voler prendere questi⁷⁶ per dei reprobis. Prendilo come il muro al quale ne è aggiunto un altro, affinché, parimenti nella pietra angolare che è Cristo, fossero congiunti. Infatti un muro [è costituito] dai Giudei, uno dai Gentili. Erano lontani fra loro questi muri, ma fino a quando furono congiunti nell'angolo. Gli stranieri, certo, erano ospiti, ed erano estranei all'alleanza di Dio. È in questo senso che viene detto: *Noi adoriamo ciò che conosciamo.* Se è vero che è detto così della condizione dei Giudei -

ma di essi facevano parte gli apostoli – quali furono i Profeti, quali furono tutti quegli uomini santi che venderono i loro beni e deposero il ricavato ai piedi degli apostoli (cfr *At 4, 34-35*). *Dio non ha ripudiato il suo popolo, che egli ha scelto fin da principio (Rm 11, 2).*

Sentì ciò questa donna, e proseguì. Già da prima [lo] aveva detto profeta. Vide che colui con cui parlava diceva altro; ormai doveva essere più che un profeta; e guardate cosa rispose.

Gli rispose la donna:

«So che deve venire il Messia, chiamato Cristo: quando egli verrà, ci spiegherà ogni cosa». Cosa significa? Adesso, dice, i Giudei si battono per il tempio, e noi ci battiamo per il monte. Quando egli verrà, disprezzerà il monte e distruggerà il tempio; lui ci insegnerà ogni cosa, così che impariamo ad adorare in spirito e verità. Ella sapeva chi potesse ammaestrarla, ma ancora non riconosceva il maestro. Però, ormai era degna che egli le si rivelasse. Messia, poi, è l'unto; unto in greco è Cristo, e in ebraico Messia.

Ergo: Mulier, crede mihi,

quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus; quia salus ex Iudaeis est.

Sed veniet hora. Quando? Et nunc est. Quae ergo hora?

Quando veri adoratores adorabunt

Patrem in spiritu et veritate;

non in monte isto, non in templo, sed in spiritu et veritate.

Nam et Pater tales quaerit, qui adorent eum. Quare Pater tales quaerit qui adorent eum, non in monte, non in templo, sed in spiritu et veritate?

Spiritus est Deus. Si corpus esset Deus, oportebat eum adorari in monte, quia corporeus est mons; oportebat eum adorari in templo, quia corporeum est templum.

Spiritus est Deus; et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.

Intus exhibe te templum Deo.

25. Audivimus, et manifestum est; foras ieramus, intro missi sumus. O si invenirem, dicebas, montem aliquem altum et solitarium! credo enim quia in alto est Deus, magis me exaudit ex alto. Quia in monte es, propinquum te Deo putas, et cito te exaudiri, quasi de proximo clamantem? In excelsis habitat, sed *humilia respicit. Prope est Dominus.* Quibus? forte altis? *His qui obtriverunt cor.* Mira res est: et in altis habitat, et humilibus propinquat: *humilia respicit, excelsa autem a longe cognoscit;* superbos longe videt, eo illis minus propinquat, quo sibi videntur altiores. Quaerebas ergo montem? descende ut attingas. Sed ascendere vis? ascende: noli montem quaerere. *Ascensiones,* inquit, *in corde eius* (hoc Psalmus dicit), *in convalle plorationis.* Convallis humilitatem habet. Ergo intus age totum. Et si forte quaeris aliquem locum altum, aliquem locum sanctum, intus exhibe te templum Deo. *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* In templo vis orare? in te ora. Sed prius esto templum Dei, quia ille in templo suo exaudit orantem.

26. *Venit ergo hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate.*

Nos adoramus quod scimus, vos adoratis quod nescitis; quoniam salus ex Iudaeis est. Multum dedit Iudaeis: sed noli istos reprobos accipere.

Parietem illum accipe cui adiunctus est alius, ut **pacati** in lapide angulari,

quod est Christus, copulentur. Unus enim paries a Iudaeis, unus a Gentibus: longe a se isti parietes, sed donec in angulo coniungantur.

Alienigenae autem hospites erant, et peregrini a testamentis Dei.

Secundum hoc ergo dictum est: *Nos adoramus quod scimus.*

Ex persona quidem Iudaeorum dictum est,

sed non omnium Iudaeorum, non reproborum Iudaeorum:

sed de qualibus fuerunt Apostoli, quales fuerunt Prophetae, quales fuerunt illi omnes sancti, qui omnia sua vendiderunt, et pretia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt. *Non enim repulit Deus plebem suam quam praescivit.*

27. Audivit hoc mulier ista, et addidit. Iamdudum prophetam dixerat; vidit **talia** dicere eum cum quo loquebatur, quae iam plus essent **ad prophetam;** et quid respondit, videte:

Dicit ei mulier:

Scio quia Messias veniet, qui dicitur Christus: cum ergo venerit ille, omnia nobis demonstrabit. Quid est hoc? Modo, inquit, de templo contendunt Iudaei, et nos de monte contendimus: cum ille venerit, et montem spernet, et templum evertet; docebit nos iste omnia, ut in spiritu et veritate noverimus adorare. Sciebat quis eam posset docere, sed iam docentem nondum agnoscebat. Iam ergo digna erat cui manifestaretur. Messias autem unctus est; unctus graece Christus est; hebraice Messias **est:**

unde et punice: Messe dicitur ungue. Cognatae quippe sunt linguae istae et vicinae, hebraica, punica, et syra.

⁵³ Gv 4, 21-23 Vulg.: “Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis : nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est. Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate.”; Sabatier in nota: “Similiter habent, *veniet hora*, Mss S. Germ. Corb. Fossat, S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. [...] Novat. de Trin. p. 1034. b. *veniet hora*, [...] Ms. Corb. *Sed veniet hora*.”. In italiano viene adeguato il tempo dei verbi; inoltre non viene evidenziata col corsivo la ripresa “né su questo monte né nel tempio” perché non è citazione testuale.

⁵⁴ Gv 4, 24.

⁵⁵ cfr Ef 2, 12-22.

⁵⁶ Sal 93, 14 Vulg.: “Quia non repellat Dominus plebem suam, et hereditatem suam non derelinquet.”. In realtà è citazione testuale di Rm 11, 2.

⁵⁷ Gv 4, 25 Vulg.: “... ille, nobis annuntiabit omnia”; per “demonstrabit” Sabatier riporta solo Agostino in questo tractatus 15. La traduzione italiana viene adeguata; viene poi evidenziato col corsivo anche “Dicit ei mulier” perché parte integrante della citazione.

⁷⁶ Si tratta dei Samaritani.

Ergo dicit ei mulier: *Scio quia Messias veniet, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia.*

*Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecum.*⁵⁸ Vocavit virum suum; factus est vir ejus caput mulieris; factus est Christus caput viri.⁵⁹ Jam mulier ordinatur in fide, et regitur bene victura. Posteaquam audivit hoc: *Ego sum, qui loquor tecum*; jam ultra quid diceret quando Christus Dominus manifestare se voluit mulieri, cui dixerat: *Crede mihi?*

*Et continuo venerunt discipuli, et mirabantur quia cum muliere loquebatur.*⁶⁰ Quia quaerebat perditam, qui venerat quaerere quod perierat (*Luc. XIX*)⁶¹, hoc illi mirabantur. Bonum enim mirabantur, non malum suspicabantur.

*Nemo tamen dixit: Quia quaeris, aut quia loqueris cum illa? Reliquit ergo hydriam suam mulier.*⁶² *Audito: Ego sum, qui loquor tecum.* Et recepto in corde Christo Domino, quid faceret, nisi jam hydriam dimitteret, et evangelizare curreret? Projecit cupiditatem, et properavit annuntiare veritatem. Discant qui volunt evangelizare, projiciant hydriam ad puteum. Recordamini quid superius dixerim de hydria. Vas erat quo aqua hauriebatur. Graeco nomine appellatur *ὕδρῖα*, quoniam Graece *aqua ὕδωρ* dicitur; tanquam si *aquarium* diceretur. Projecit ergo hydriam, quae non jam usui, sed oneri fuit. Avida quippe desiderabat aqua illa satiari, ut nuntiaret Christum. Onere abjecto, cucurrit ad civitatem.

*Et dicit illis hominibus:*⁶³

*Venite et videte hominem qui dixit mihi omnia quae feci, nunquid ipse est Christus? Exierunt de civitate, et veniebant ad eum, et rogabant eum discipuli dicentes: Rabbi, manduca.*⁶⁴ *Ierant enim emere cibos, et venerant.*⁶⁵ *Ille autem dixit: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?*⁶⁶ Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam? Ecce discipuli nondum intelligunt escam. Audivit autem cogitationes eorum, et jam instruit ut magister, non per circuitum, sicut illam, cujus adhuc virum requirebat, sed iam aperte.

*Meus, inquit, cibus est ut faciam voluntatem ejus qui me misit.*⁶⁷ Ergo et potus ipse erat in illa muliere ut faceret voluntatem ejus qui eum misit. Ideo dicebat: *Sitio, da mihi bibere, scilicet, ut fidem in ea operaretur, et fidem ejus biberet, et eam in corpus suum trajiceret. Corpus enim ejus est Ecclesia. Ergo, inquit, ipse est cibus meus ut faciam voluntatem ejus qui me misit.*

*Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit?*⁶⁸ In opus fervebat, et operarios mittere disponebat. Vos quatuor menses computatis ad messem⁶⁹, ego vobis aliam messem albam et paratam ostendo.

*Ecce dico vobis: Levate oculos vestros, et videte, quia jam albae sunt regiones ad messem.*⁷⁰ Ergo messorum missurus est. *In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui metit, alius est qui seminat, ut qui seminat simul gaudeat, et qui metit. Ego vos misi metere quod vos non laborastis. Alii laboraverunt, et vos in eorum*

Dunque, gli rispose la donna: «So che deve venire il Messia, chiamato Cristo: quando egli verrà, ci annuncerà ogni cosa».

Le dice Gesù: «Sono io, che parlo con te». Ha chiamato suo marito; il marito di lei è istituito capo della donna; Cristo è istituito capo dell'uomo. Ormai la donna è posta nell'ordine della fede, ed è guidata per vivere bene. Dopo aver sentito ciò: *Sono io, che parlo con te*, ormai che dire più oltre quando Cristo Signore si volle manifestare alla donna, cui aveva detto: *Credimi?*

In quel momento giunsero i suoi discepoli e si meravigliavano che parlasse con una donna. Perché cercava una perduta, lui che era venuto a cercare ciò che era perduto (cfr Lc 19, 10), di questo si meravigliavano. Ammiravano il bene, non sospettavano il male.

Nessuno tuttavia disse: «Perché cerchi?», o: «Perché parli con lei?». La donna intanto lasciò la sua anfora, dopo aver udito: *Sono io, io che parlo con te.* E, accolto nel cuore Cristo Signore, che altro avrebbe potuto fare se non abbandonare ormai l'anfora e correre ad evangelizzare? Gettò via la cupidigia, e si affrettò ad annunziare la verità. Imparino quanti vogliono evangelizzare, gettino via la loro idria nel pozzo. Ricordate quello che vi ho detto più sopra a proposito dell'idria. Era un recipiente con cui attingere l'acqua. Con vocabolo greco si chiama *ὕδρῖα* perché in greco *acqua* si dice *ὕδωρ*; come se si dicesse: *acquaio*. Dunque, gettò via l'idria che ormai non era più utile, ma di peso. Certo avida desiderava dissetarsi di quell'acqua, per annunziare il Cristo. Liberatasi del peso ingombrante, *corse in città.*

E disse alla gente:

«Venite a vedere un uomo che mi ha detto tutto quello che ho fatto. Che sia lui il Cristo?».

Uscirono dalla città e andavano da lui. e i discepoli lo pregavano: «Rabbì, mangia». Infatti erano andati ad acquistare cibo, ed erano tornati. Ma egli rispose loro: «Io ho da mangiare un cibo che voi non conoscete». E i discepoli si domandavano l'un l'altro: «Qualcuno gli ha forse portato da mangiare?». C'è da meravigliarsi se la donna non capiva il significato dell'acqua? Ecco, i discepoli ancora non capiscono il cibo. Aveva udito tuttavia i loro pensieri; ormai li istruisce come maestro, e non con circonlocuzioni, come con lei, di cui ancora cercava il marito, ma già apertamente:

